Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



scriptura. Probasti nos inquit deus: igne nos examinasti.
sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum: posu-
isti tribulationes in dorso nostro. Et ut ostendat sub potestate nos esse
debere: subsequitur dicens. Imposuisti homines super capita nostra.
Sed et propter dominum in adversis et in injuriis patientiam
adimplentes: qui pauci in magnam habent et aliam: auferentem
tunicam dimittunt et pallium: angariati milliario vadunt
et duo: ait apostolus paulus falsos fratres sustinentes et persecutionem
sustinent: et male dicentes se benedicit. Quintus Capitulum

Quintus humilitatis gradus est: si omnes cogitationes
malas cordi suo advenientes. ut mala a se abscon-
se communicet phanulem confessione abbati non celaverit suo.
hortatur nos scriptura de hac re dicit. Revela domino viam tuam:
et spera in eum. Et iterum dicit. Confitemini domino quoniam
bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Et item propheta. Delictum
meum cognitum tibi feci: et iniustitias meas non operui. Dixi
pronunciabo adversum me iniustitias meas domino: et tu remisisti
impietatem cordis mei. Sextus Capitulum est.

Sextus humilitatis gradus est: si omni vilitate ut extre-
mitate contentus sit monachus: et ad omnia que sibi
iniunguntur velut operarius malus et indignus se iudicet:
dicens cum propheta. Ad nihilum redactus sum et nescivi: ut iu-
mentum factus sum apud te: et ego semper tecum. Septimus Capitulum est.

Septimus humilitatis gradus est: si omnibus se inferiorem et vilior esse non solum sua lingua pronunciet:
sed etiam in imo cordis credat affectu: humilians se et dicens
cum propheta. Ego autem sum vermis et non homo: obprobrium
hominum et abiectio plebis: exaltatus sum et humiliatus. et